



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Immvnitatis Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

detur, cap. qui per alium de regulis iuris, & omnia
4 nostra facimus quibus nostra impartitur autoritas
cap. mulieres de sententia excommunic. & text. in l. 2.
C. de veteri iure enucleando.

RESOLVT. CCXIII.

- 1 Clericus habens tutelam legitimam licite negociabitur, si id faciat sine habitus dedecore, & ad pupillorum utilitatem.
- 2 Clericus neque tutelam testamentariam, neque datiuam per curiam exercere potest, & qui eam dat peccat.
- 3 Clericus neque volens potest exercere tutelam testamentariam, vel datiuam, etiam si ei aliquid legatum sit.
- 4 Clerici non solum excusantur a tutela, quæ eis defertur tempore clericatus, sed etiam cum volunt monachari, vel clericari.
- 5 Clerici quis non potest, nisi deposita tutela, & redditu administrationis ratione.
- 6 Ratione pietatis Christianæ, & vt opem ferat suis sanguine conuictis potest clericus legitimæ tutelæ administrationem suscipere.

Clericus tutor, an possit nomine pupillorum suorum, negotiationem exercere.

Maxima fuit controuersia apud me ventilata, si clericus tutor possit negotiationem exercere nomine pupillorum suorum, in quo articulo fuit oblata declaratio Sacre Congreg. Illustrissimorum Cardinalium tenoris sequen.

- 1 Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum censuit, oratorem si tutelam legitimam, non autem testamentariam, vel datiuam susceperit, posse ex bonis pupillorum iuste negociari absque reatu illicitæ negotiationis, dummodo id agat absque ordinis dedecore, & non fordide; & lucrum, quod ex iusta negotiatione peruenerit, non in suam, sed in pupillorum cedat utilitatem.

Cuius sanctissimæ declarationis ratio est, quia licet
2 clericus non possit dari tutor in testamento, neque, per curiam, & dans peccaret, cap. Cyprianus, & ibi glof. 21. qu. 3. cap. peruenit, vbi etiam glof. 86. dist. lege generaliter iuncta authentica sed hodie C. de Episcopis, & clericis vbi Doctores; quod in tantum est
3 verum, vt clericus agens vt tutor datiuus, vel testamentarius potest opponere de nullitate tutelæ Canalic. decis. 19. num. 15. lib. 3. post Ioann. de Deo in doctrina aduoc. lib. 3. c. 10. num. 11. ita quod, nec etiam volens potest suscipere tutelam testamentariam, & datiuam, authent. presbyteros, & ibi Doctores C. de Episcopis, & clericis cap. fin. dist. 86. cap. Cyprianus 21. qu. 3. & procedit, & si clerico sit aliquid legatum cum ista conditione, vt suscipiat tutelam filiorum testatoris, quia eo non obstante poterit legatum consequi, & a tutela se excusare, Alberic. in authent. presbyteros C. de Episcopis, & clericis num. 2. Carocc. in decis. 17. num. 17. & 19. & clerici non solum excusantur a tutela, quæ eis defertur tempore clericatus; verum etiam ab illa, quam iam inceperunt administrare; nam si volunt Clericari, vel Monachari, possunt ab ea se excusare cap. 1. iuncta glof. de obligatis ad ratiocinia Manc. de tutel. quæst. 7. num. 28. Montanus de tutel. cap. 35. num. 199. & non solum clericus non potest esse tutor, vt supra fuit dictum, verum
5 etiam si reperitur esse de presenti, vel fuisse de præterito tutor, non potest admitti ad clericatum, nisi deposita tutela, & redditu ratione præteritæ administrationis, c. vnico de obligat. ad ratiocin. vbi omnes scribentes Montan. de tutel. c. 31. reg. 1. n. 199.

Tamen si vult poterit legitimam tutelam subire ad text. in leg. generaliter, & authent. presbyteros C. de

Episcopis, & clericis, & ibidem glof. Aret. consil. 76. num. 3. Viuius decis. 151. n. 7. Graff. in decis. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. num. 13. Carocc. decis. 17. n. 20. Tomat. de munerib. in §. seu in sectione incipien. si quispiam nu.
6 10. vbi dicit, quod ad hoc suadetur ratione charitatis; & quod ad Christianum, & religiosum spectet suis sanguine coniunctis opem ferre.

PRAXIS IMMUNITATIS ECCLESIAE.

RESOLVT. CCXIV.

- 1 Statuta contra libertatem Ecclesie, sunt quæ indirectè, vel directè contrariantur privilegijs, vel prærogatiuis Ecclesie, vel Ecclesiasticarum personarum.
- 2 Statutum est contra libertatem Ecclesie quando laici fiunt audaciores, & clerici timidiore.
- 3 Item cum intuitu clericorum alie persone opprimuntur.
- 4 Statutum quod vnus pro alio puniatur est nullum.
- 5 Quando per statutum clerici fiunt deteriores conditionis quam laici, statutum est contra libertatem Ecclesie.
- 6 Faciens iniuriam vni Ecclesie, vniuersam Dei Ecclesiam offendit.
- 7 Impedire Ecclesiarum edificationem, est contra libertatem Ecclesiasticam.
- 8 Dicitur statutum contra libertatem Ecclesie, quando non permittitur quod Ecclesie, & persone Ecclesiasticæ vtantur suis privilegijs.
- 9 Statuta auferentia ea quæ competunt clericis vigore legis generalis, non afficiunt clericos.
- 10 Quando lesio inducit contemptum, modica lesio consideratur, ac si esset magna.
- 11 Statuta contra libertatem Ecclesiasticam sunt cassanda, nec sufficit corrigi in apostilla.
- 12 Episcopus potest esse iudex in causa suæ Ecclesie.

Quæ sint statuta contra Ecclesiasticam libertatem.

- 1 Statuta contra libertatem Ecclesiasticam dicuntur, quando directè, siue indirectè sunt contra privilegia, aut prærogatiuas concessas Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, & piæ causæ a Papa, vel a Principe seculari. Innoc. in c. nouerit, num. 1. & 2. & ibi Abb. num. 2. & Butr. num. 9. de sent. excomm. Imol. in cap. nouit, num. 2. vbi Abb. num. 2. de iudic. Dec. in dict. Ecclesia S. Mariæ, num. 6. Bart. in dict. 1. cunctos, vers. quinto quero, & in authent. Cassa. n. 3. & 5. vbi etiam Salycet. de Sacros. Ecclesijs, idem Bar. conf. 187. Alexand. conf. 209. num. 3. & 14. vol. 2. Barbat. conf. 3. num. 1. & 2. vol. 4. Abb. conf. 63. in princ. p. 1. Socin. conf. 55. volum. 1. Lap. alleg. 92. num. 1. & seq. Anchar. dicto consil. 12. num. 3. & 4. Tolet. in instruct. Sacerdot. libro primo, cap. 37. vers. libertas autem Thulc. tom. 5. præf. conclus. iur. verb. libertas Ecclesiastica, conclus. 342. num. 13.
- 2 Item quando clerici efficiuntur timidiore, & laici audaciores propter talia statuta. 1. §. quæ onerand. & ibi Bart. & Angel. ff. quar. rer. act. glof. in authent. de non alienand. §. vltim. Abbas in dict. cap. nouerit, n. 2. & consil. 83. num. 1. & consil. 88. in princip. par. 1. Bald. in rubr. de constit. num. 3. & Dec. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 11. Cardin. in cap. perpendimus de sentent. excomm. Marian. Socin. in cap. si clericus, num. 1. vers. 4. quero de foro comp. Bart. in d. l. cunctos, & in d. authent. cassa, vbi etiam Bal. n. 4. Barbat. conf. 23. col. pen. & consil. 34. n. 9. & 11. vol. 3. d. conf. 3. i. vol. 1. num. 1. vers. subdit postea; Matth. de Afflict. in tract. de iure prothomis, §. 9. num. 16. Alba conf. 8. num. 3.
- 3 Item quando propinqui clericorum, siue alie persone eorundem clericorum intuitu opprimuntur. Bart.

Bar. in leg. 1. in fin. & ibi ad dit. ff. de his, quæ pœnæ nom. & in leg. si pœnæ, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Angel. in l. 1. vbi etiam Bald. ff. in ius vocat. vt eant. Gozad. in l. omnes num. 91. vbi etiam Crot. num. 94. ff. de iustit. & iur. Bal. in l. fin. in fin. C. de indiſt. viduit. tol. Dec. in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 179. Federic. conſil. 111. num. 10. Ruin. conſ. 8. vol. 5. Theſau. deciſ. 116. num. 9. Decian. in tract. crim. lib. 2. cap. 34. num. 9. Alderan. de gen. ſtat. interpetret. conſul. 1. num. 7. 141. & ſeqq.

Huiusmodi autem directæ, vel indirectæ carcerantes, vel moleſtantes Archiepiſcoporum, Episcoporum ſuperiorum, & inferiorum Prælatorum, & omnium aliorum quorumcumque iudicum Eccleſiaſticorum ordinariorum conſanguineos, & affines in contemptum libertatis Eccleſiaſticae ſunt ipſo facto excommunicati cap. ſciant, & ibi gloſ. verb. conſanguineos de elect. in 6. cap. quicumque de ſent. excomm. in 6. & Bulla Cœnæ Domini Pauli Quinti num. 16. vt dictum ſuit in tit. de fauor. clericorum Canon. in §. 2. quia patria ſunt committere aliquid in aliquem, vt in illos de domo ſua. Lap. allegat. 29. num. 7. Barbat. conſil. 29. in princip. vol. 4. Curt. ſen. conſil. 27. num. 30. Sayr. theſ. caſ. conſ. lib. 3. cap. 34. nu. 7. & 8. eſtq; ab omni ratione alienum, vt innocentes conſanguinei, & affines puniantur etiam quod clerici eſſent rei, & nocentes cum pœna ſuos auctores tenere debeat, leg. ſancimus C. de pœnis, & nemo habeat alterius odio prægrauari cap. non debet, & ibi Dyn. & Doctores de reg. iur. in 6. neque alteri per alterum iniqua conditio debeat afferri, leg. non debet ff. de reg. iur. leg. si quis in ſuo in fin. C. de inoff. teſtam. tot. tit. C. ne fil. pro patr. toto tit. C. ne vxor. pro mat. §. quoniam verò, verſ. aut damna eorum inferri vicinis, & ibi gloſ. aut. vt nulli iud. neque ſtatuto, aut pacto id fieri poteſt, cum ſtatutum, ſive pactum permittens alium pro alio corporaliter puniri, ſit nullum inualidum, & iniquum, Bald. in d. l. ſancimus in rub. C. res inter alios act. n. 4. & in c. 2. vbi etiam Dec. dicens communem n. 26. de conſtitut. Calcan. conſ. 1. n. 4. Alber. de ſtatutis, par. 1. quæſt. 51. atque contra ius diuinum, Deut. cap. 24. Paralip. 2. cap. 25. quia anima, quæ peccauerit ipſa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij Ezechiel. cap. 8.

Sunt etiam ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, quando clerici ſunt deteriores conditionis, quam ſint laici, cap. quanto de priuileg. cap. fin. de immun. Eccleſ. in 6. Card. in dict. cap. perpendimus, num. 13. Anchar. conſ. 155. num. 2. cum non debeant clerici minus bene tractari, quam laici, cap. non minus de immun. Eccleſ.

Nec non quando ſunt contra libertatem vnus Eccleſiæ particularis, quia faciens iniuriam vni Eccleſiæ vniuerſam Dei Eccleſiam offendit Cardinal. in d. cap. perpendimus in quæſt. 4. & 5. Dec. in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 12. verſ. 4. contra libertatem. Bal. in repet. d. leg. 1. C. de ſumm. Trin. & ſid. cathol. Salycet. in d. auth. Caſſa. Caiet. in ſum. verb. excommunicatio, cap. 31. verſ. 5. ad fin. quia vna eſt Eccleſia vniuerſalis, & vnus thalamus Chriſti, ita vt dum offenditur vnum membrum, & tota offendatur Eccleſia, cap. quamuis, & ibi Turrecrem. 21. diſtinct. cap. loquitur, & cap. Rogamus 24. quæſt. 1. cap. ſignificasti de election. quemadmodum lædere Episcopum eſt facere contra libertatem Eccleſiæ, licet non lædantur omnes Episcopi, dicto cap. ſignificasti de election. cap. olim de inur. Lapus allegation. 29. num. 6. Felyn. in dict. capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 69. verſic. ſed quod.

Multo magis eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam, quando huiusmodi ſtatuti impediretur Eccleſiarum ædificatio, quæ libera eſſe debet, eo etenim.

caſu imminueretur cultus diuinus, cum per Sanctiſſimas Eccleſias ſuſtineatur Imperium, & communes res Clementiſſimi Dei gratia muniantur, & omnium animæ ſaluantur cap. futuram 12. quæſt. 1. cap. præcipimus 16. quæſt. 1. cap. Eccleſias eadem quæſt. 7. leg. quoniam, C. de ſacroſ. Eccleſ. & hominem, l. ſanctiſſimarum, & leg. ſancimus, C. de Episc. & cleric. Thulc. præſt. conſul. tom. 5. dic. conſul. 342. num. 75. & ſeq. etiam ſi non impediretur abſolutè, ſed cum conditione, puta ſi ſtatuerent, ne Eccleſiæ conſtruerentur abſque licentia ſæcularium, cum non ad ſæculares, ſed ad Episcopos ſpectet huiusmodi licentiæ conſeſſio, cap. ad audientiam de Eccleſ. ædific. cap. de locorum, cap. præcepta, cap. Baſilicas, cap. Eccleſ. & cap. nemo de conſecrat. d. 1. auth. de Eccleſ. tit. per totam, & authen. vt null. fabric. orator dom. & licet a Valente, & Theodoſio Arcadio Imperatoribus fuerit prohibito Eccleſias ædificari ſine Pontificis licentia, l. nemo C. de relig. & ſumpt. fun. hoc tamen ſuit de facto, & propterea ſuit reuocatum per Iuſtinianum in dict. l. ſancimus §. ſiquidem, & in dict. auth. vt null. fabric. orator. dom. & ibi Cuiac. nam ad Imperatorem Palatia pertinent, Eccleſiæ verò ad Sacerdotem D. Ambroſ. in epiſt. 13. ad Marcellianam ſororem cap. conuen. §. ad Imperatorem 23. q. 8.

Postremo dicuntur quoque illa ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, quando Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis tollitur ſine prohibetur vti rebus, & facultatibus, & alijs rebus ſibi conſeſſis de iure communi canonico, vel ciuili, cap. quanto de priuileg. cap. cum terra de elect. dict. cap. quæ in Eccleſiarum, & dict. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. & cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, vt lit. penden. cap. fin. de immunit. Eccleſiarum in 6. Butr. in cap. nouerit col. pen. de ſentent. excommunicat. & in dict. cap. cum terra, & ibi Abb. de elect. Dec. in dict. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 7. 8. & 9. Felyn. num. 68. & ſeq. Vbi etiam Butr. de conſtit. Card. in dict. cap. perpendimus num. 13. in fin. Bar. in l. 1. §. quæ oneranda num. 3. ff. quar. rer. act. & in dict. authen. caſſa. in quæſt. de ſtatut. imponen. pœnam pro homicidio, vbi etiam Salycet. num. 9. & Fulgoſ. & Bald. verſ. ſed quæritur Bal. in leg. cunctos verſ. nunc de tertio membro Crot. in leg. filius familias §. Diui num. 84. & ſequen. Alexand. num. 12. Ripa num. 82. & Opizo. num. 94. ff. de leg. 1. Couarr. in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 5. num. 8. de regul. iur. in 6. Alexand. conſil. 121. vol. 1. conſil. 209. num. 14. conſil. 210. num. 11. & conſil. 211. num. 3. vol. 2. Card. conſil. 194. Dec. conſil. 114. col. final. verſic. 3. principaliter tenet Calcan. conſil. 7. num. 14. & ſeq. Barbat. conſil. 31. vol. 4. Anchar. dict. conſil. 12. n. 3. Alber. dict. conſil. 8. num. 3. Abb. conſil. 83. Lap. alleg. 92. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 9. §. 10. Gram. deciſ. 100. n. 13. Thulc. præſt. conſul. iuris verb. libertas eccleſiaſtica dicta conſul. 342. num. 8. 13. 19. & 137. Caiet. in ſum. verb. excommunicatio cap. 31. verſ. 5. ad fin. quia diſſicilius tollitur ius commune quam priuilegium, leg. eius §. militiæ ff. de teſtament. milit. Opizo. in d. §. Diui num. 93.

Et proinde huiusmodi ſtatuta auferentia ea, quæ competunt clericis de iure communi vigore legis generalis, non afficiunt clericos, Alexand. in dict. §. Diui num. 12. verſ. tamen veritas, vbi etiam ſaf. in 1. lect. num. 74. & in 2. lect. num. 108. Rip. num. 81. & ſequen. Socin. iun. num. 167. & omnes ff. de leg. 1. Felyn. & alij, quos reſert, & ſequitur Couarr. in dict. reg. poſſeſſ. in 2. par. §. 4. num. 47. verſic. ex qua Ruin. conſ. 23. num. 16. vol. 2. Hond. d. conſil. 3. n. 15.

Prædicta autem procedunt ſiue decretè, ſiue indecretè, ſiue ſub inuolucro verborum clericis auferatur, quod illis de iure communi reperitur conſeſſum Cardinal. in dict. cap. perpendimus num. 13. Marant. in diſput.

in disput. 8. num. 3. Alb. dict. conf. 8. num. 3. Hond. dict. conf. 3. num. 15. volum. 1. nam neque decretè, neque indecretè ladi potest libertas Ecclesiastica à statutis laicorum dict. cap. fin. de immunit. Ecclesiast. dict. cap. quanto de priuileg. cap. statutum de haretic. in 6. Bal. conf. 31. vol. 1. Anchar. conf. 12. nu. 3. & conf. 13. Alexand. dict. consil. 211. num. 7. & 10. vol. 2. Gemin. conf. 74. col. 1. versic. sicut ergo decretè Iason. conf. 161. col. fin. versic. circa illam dubitationem. vol. 2. Bellon. conf. 44. num. 1. Alba. conf. 8. n. 18. & latè Surd. dict. conf. 361. fere per totum, & præcipue num. 75. & 77. cum sequenti volum. 3. & maxime ubi secundario, & in consequentiam inde redundat aliquod Ecclesiarum, siue clericorum detrimentum DD. in dict. §. Diui, ubi præsertim Ruin. col. 20. Socin. iun. num. 167. cum seq. & Rip. n. 8. Anch. d. conf. 12. & 13. & post alios Surd. d. conf. 301. n. 75. & 77. Menoch. conf. 136. num. 24. vol. 2.

Neque est curandum quomodo, & cum quo quis loquatur, sed in quem voluntas, & loquentis intentio, & effectus dirigatur l. peto, & l. miles ff. de leg. 2. l. cum patet §. donationi ff. de leg. 3. glos. in cap. fin. verb. libertatis de immunit. Eccles. in 6. Alexan. consil. 211. num. 10. vol. 2. Anchar. conf. 155. nu. 7. & 8. nam multoties vnum in dispositione exprimitur, ad alium verò effectus dirigitur per obliquum, & hoc debet attendi non persona interposita, vel expressa. l. 4. §. nunc de effectu l. si quis §. 1. ff. de liberat. leg. l. cum dote ff. ad leg. Falcid. cap. quanto de priuileg. glos. in dict. cap. fin. de immunitat. Eccles. Abb. in repet. dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 31. Ancha. dict. conf. 155. n. 8. non enim intentio statuentium attenditur cum satis sit, quod lædant in effectu libertatem Ecclesiasticam, Alb. dict. conf. 8. num. 6. Caiet. in sum. verb. excommun. cap. 30. §. 6. notat Nauar. in Manual. præl. 7. num. 12. & 13. siue læsio Ecclesiasticæ libertatis fiat in toto, siue in parte, cum eadem sit ratio totius quoad partem, & è contra l. quæ de toto ff. de rei vendic. & plus, & minus non differunt speciel. fin. ff. de fund. instruct. Bal. in l. 2. C. de rescin. vendit. etiam si in modico fieret læsio libertatis Ecclesiasticæ, quia non potest dici quod modica fiat læsio quando læditur Ecclesia in sua iurisdictione, & libertate, nam quando læsio inducit contemptum, modica læsio consideratur, ac si esset magna, cap. maioribus, ubi glos. verb. quod in minimis de præbend. Lup. de libert. Eccles. p. 1. q. 8. nu. 2. vers. nam ita læditur libertas. Surdus d. conf. 301. n. 90. in fin. & conf. 338. nu. 27. volum. 3. Sayr. Thel. cal. conf. lib. 3. c. 44. n. 9.

Et ideo si ex generalitate statuti laicorum posset aliqua ratione dubitari, quod intelligerentur comprehensivi clerici, tunc posset Episcopus compellere eos, ad quos spectat, vt declarent ipsum statutum, non extendi ad clericos, nec clerici de facto inquietarentur, licet de iure molestari non possent. Felyn. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 107. de constit. Anch. in repet. cap. ea quæ vers. 26. quæro de reg. iur. in 6. & conf. 255. nu. 8. in fin. Butr. in cap. 1. de consuetud. & conf. 49. num. 2. Capra concl. 15. num. 38. post eos dicit Alderan. de general. stat. interpret. concl. 1. n. 79.

Imo, & multo magis sicut certum esset, & notorium quod statutum laicorum disponderet in præiudicium Ecclesiasticorum, siue libertatis Ecclesiasticæ, potest non solum Papa, sed etiam Episcopus illud tollere, & mandare, vt tollant, & ex se ipso illius obseruantiam prohibere etiam nemine citato, seu audito dict. cap. nouerit, & cap. grauem de sentent. excommunicat. Felyn. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 108. & 145. Bald. in l. præbyteri 1. num. 11. C. de Episc. & clericis. Victor. in 1. relect. de potestat. Ec-

cles. sect. 6. n. 19. & 14. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 38. n. 15. Archid. in cap. quæ Lorharius 2. quæst. 1. Gemin. in cap. fin. de sentent. excommunicat. in 6. Alderan. dict. concl. 1. n. 80.

Hi autem, qui statuta ordinationes constitutiones, seu quauis alia decreta in genere, vel in specie ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam preterito cuiusvis consuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet, fecerint, ordinauerint, publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quoquo modo restringitur, seu Summi Pontificis, & Sedis Apostolicæ ac quarumcunque Ecclesiarum iuribus quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè, vel expresse, præiudicatur sunt eo ipso excommunicati, dict. cap. grauem, & dict. cap. nouerit ubi Abb. n. 1. cap. eos, ubi DD. de immunitat. Eccles. in 6. Nauar. in Manual. cap. 27. n. 118. & sequente, & incidunt in sententiam excommunicationis Bullæ Cæne Domini sub n. 15. a qua non possunt absolui, nisi prius statuta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuis, aut libris, in quibus notata fuerint deleta, & cassata fuerint, ac Summum Pontificem de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, vt in dict. Bulla Cæne Domini sub n. 20. vers. declarantes facit d. cap. grauem.

II. Neque sufficit corrigi per signaturam, siue apostillam statutum, siue decretum contra libertatem Ecclesiæ, sed requiritur cassatio, quinimo, & totalis abolitio in odium crim. & ne detur occasio quod huiusmodi statutum de facto obseruaretur, vel posteris relinqueretur eius memoria. Abb. in dict. cap. in princ. Felyn. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 109. Barth. in dict. auth. falsa. circa finem. Lap. allegat. 21. Tolet. d. cap. 38. n. 13.

Minus sufficit protestatio, quod statuentes non intelligunt aliquid statuisse contra libertatem Ecclesiasticam, n. si de iure, neque quod in fine statutorum ponunt statutum, quod si quæ sint statuta contra libertatem Ecclesiasticam habeantur nulla, & pro non scriptis, quia per hoc non satisfit constitutioni dict. cap. nouerit, sed debent omnino huiusmodi statuta de libris deleri. Bar. in d. auth. falsa. Lap. alleg. 92. n. 9. & post eum, & alios, quos refert, & sequitur dicit Felyn. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 109. Abb. conf. 83. in fin. Card. in d. cap. quæ in Ecclesiis de constit. Tolet. d. c. 38. n. 13. Sayr. Thel. cal. conf. lib. 3. cap. 34. n. 5. ante fin.

Neque sufficit, quod posset dici Episcopum, siue Papam in supra dictis casibus esse indices in causa propria contra l. qui iurisdictioni ff. de iurisd. omn. iud. l. vnic. C. ne quis in sua caus. quia hæc non est causa, quæ respiciat personam, sed dignitatem Pontificiam, & iura Ecclesiæ, de quibus Papa, seu Episcopus potest cognoscere glos. in cap. si quis erga. verb. priuatur 2. q. 7. Innoc. in cap. ex parte de verborum sign. l. in d. l. qui iurisdictioni num. 10. Bal. in d. leg. vnic. n. 2. ubi etiam Bar.

Nam, & Episcopus potest esse index competens in causa suæ Ecclesiæ, neque propterea potest allegari suspectus c. si quis, & ibi glos. 4. q. 7. cap. qui prædia 12. q. 2. cap. dilecto de sentent. excommunicat. in 6. Host. in cap. ex par. 2. de verb. sign. & in cap. præsentium de testibus in 6. Felyn. in cap. cum venissent n. 7. de iudic. Gemin. conf. 114. n. 3. Capic. decil. 12. n. 11. & decil. 137. Put. decil. 210. n. 3. p. 2. Cæsar. de Grals. decil. 4. num. 1. de except. Cassad. decil. 6. num. 1. de priuileg. Rota diuersi par. prim. decil. 361. nu. 1. maxime ubi commodum non venit sibi applicandum. Abb. in cap. venerabili num. 4. de censibus quicquid aliter sentiant alij.

Neque pro delendis huiusmodi statutis, siue decretis

tis contra libertatem Ecclesiasticam est assignatum, aliquod tempus ad effugiendam dictam excommunicationem, sed statutarj, & supradicti omnes, de quibus in dict. cap. nouerit §. item excommunicamus sunt ipso iure excommunicati, statim post ipsam editionem glos. in dict. cap. grauem verb. promulgare, quam ibi DD. sequuntur, & in dict. cap. nouerit, vbi Innoc. num. 3. Abb. num. 3. Cardin. num. 3. Hostienf. Boech. de sent. excommunic.

Notandum tamen est in huiusmodi excommunicationem non incidere Consiliarios, quorum voto non fuerunt condita huiusmodi statuta, nisi in eorum fuerit potestate illa reuocandi, Innoc. Butr. & alij in d. c. nouerit, neque successores statuentium sunt ipso iure excommunicati, quia istam ignorantia causam videantur habere, nam qui in ius succedit alterius istam ignorantia causam censetur habere l. qui in ius ff. de reg. iur. nisi illa executioni demandarent, neque sunt excommunicati Consilarii alicuius populi, qui deputauerunt aliquos commissarios ad facienda statuta, & si illi commissarii fecerint aliqua contra libertatem Ecclesiasticam d. c. grauem, quia in generali commissione non venit potestas faciendi illicita, c. 1. de iureiur. in 6. Abb. in d. c. grauem num. 5. & Felyn. num. 1. nisi quando huiusmodi Consilarii fuerint negligentes in illis delendis, vt si quam cito sciuerunt statuta esse contra libertatem Ecclesiasticam non deleuerint, vel officium dimiserint Innoc. in d. c. nouerit num. 3.

RESOLVT. CCXV.

- 1 In fauorabilibus, appellatione Ciuitatis veniunt Casalia.
- 2 Qui de vico sunt, censentur membra ciuitatis.
- 3 Cuius est ille, qui de ciuitate est, vel comitatu.
- 4 Consuetudo ciuitatis debet seruari in vicis.
- 5 Priuilegium concessum habitanti ciuitatem intelligitur concessum habitanti in comitatu.
- 6 Habitantes in vicis, finguntur habitare in ciuitate.
- 7 Officia quæ debentur ciuibus, censentur concessa etiam comitatensibus.

Immunitas concessa clericis Ciuitatis Neapol. an extendatur ad clericos Casalium eiusdem ciuitatis.

Respondi affirmatiue ex quo in fauorabilibus appellatione Ciuitatis comprehenduntur etiam Casalia de Franch. decif. 128. & ita vici seu aldeæ, quæ de iure non habent territorium proprium vtuntur terminis, & territorijs non tanquam suis, sed vt ciuitatis, sicut habitantes in ipsa ciuitate, leg. pupillos §. territorium ff. de verborum signif. leg. cum pater §. vico ff. de legat. 2. leg. nulli §. quod si in Vico C. de Episc. & cleric. Bald. conf. 183. incip. statuto ciuitatis Verone num. 1. par. 2. Alciat. in leg. 2. num. 3. de verborum signif. Lancellott. tractat. de statutis in præfat. 8. num. 62. Bellug. in specul. Princip. rubr. 46. vers. restat. num. 6. & est text. expressus in leg. qui ex Vico ff. ad municipalem, & de incolis, vbi glos. ait, quod verba hæc vicinus alicuius loci comprehendunt omnes, qui habitant in eius vicis, seu aldeis, & quod hac de causa vocamus Virgilium Mantuanum, & si non esset naturalis, sed ortus in vno ex illius vicis; Neapol. ad consuetud. Neapol. si rusticus num. 11. de testament. rustic. quem Vicum glos. & Boer. decif. 13. num. 50. vocant Pictolæ, & Ioan. Corraf. lib. 3. Miscellaneor. iur. ciu. cap. 4. num. 7. & Roy. dec. 3. canonicæ num. 179. nominat. Andes, & num. 180. ait, quod quamuis Catullus nominetur Veronensis erat natus in Peninsula lacus Benaci Veronæ subiecta, quam appellat Sirmionem Catobell. lib. 2. decad. 3.

Histor. Venetæ, vnde Cato Romanus dictus est licet ortu Tusculanus fuerit, Marc. Tull. lib. 2. de legibus. Ioan. Corraf. vbi proximè num. 6.

Quare Petr. Royz, vbi proximè num. 178. ait, quod ex vico ortus est patria illa ciuitas, vel Respublica, cui vicus ille respondet dict. l. qui ex vico Aluar. Valasc. consult. 179. num. 23. tom. 2. dicens quod qui ex vico sunt, seu ex pago aldeæ nuncupato, non censentur per se, sed vt membra capitis principalis hoc est Villæ municipij, seu ciuitatis l. vtrum C. de incolis lib. 10. & idem habet interpretatum communis vsus loquendi, qui est multum considerabilis in iure l. cum delationis 18. versic. optimum ff. de fund. instrum. l. instrum. l. Labeo vers. non enim ff. de suppell. legat. glos. verb. non continebantur in l. librorum ff. de legat. 3. Bald. in auth. quod sine num. 5. de test. Couar. in cap. alma mater par. 1. §. 8. num. 5. de sentent. excommunicat. lib. 6. & in nostris terminis Bald. conf. 183. numer. 2. lib. 2. cum regulariter vicinus alicuius vici soleat vocari vicinus ciuitatis habitator in vico, quod sufficit, cum sermo verificetur secundum quid argum. l. Titie textoris ff. de legat. 1.

Et generaliter quod vicinus vici dicatur vicinus ciuitatis, cui subijcitur, tradit Bart. in l. vt bis appellatio, col. 2. vers. sed quæro ff. de verborum signif. facit l. ciuibus C. de muner. & honor. lib. 10. Menoc. confil. 584. nu. 4. cum seq. Io. de Plat. in l. si diuina domus. C. de exact. tribut. lib. 10. in fin. vbi dicit, quod ille qui est ex vico ciuitatis dicitur de ciuitate Imol. in rubr. ff. solut. matrim. dicentes quod appellatione ciuium venit ille, qui est de ciuitate, aut comitatu, & facit l. sed & reprobari §. amplius ff. de excusat. tutor. & in l. 1. vbi Bart. ff. ad municip. idem Bart. in l. 3. C. de naturalibus liber. Alex. in addit. ad eum in d. l. vrbis appellatio Auiles cap. 6. Prætorum glos. suæ terra num. 6. Neuzan. lib. 4. Siluæ nuptialis num. 88. pag. mihi 335. Abb. confil. 52. nu. 7. par. 2. Paul. Cast. in l. nulli 28. num. 7. C. de Episcop. & cler.

Et eodem modo quo iudicatur de ciuitate iudicatur etiam de toto illius termino, & territorio, vel comitatu, ita enim Doctores appellant l. 1. §. cum vrbis ff. de offic. Præf. vrb. cap. si ciuitas vbi Domin. notat. 2. de sentent. excommun. lib. 6. Archid. in cap. statutum super verbo ciuitatibus col. 2. de rescript. lib. 6. Abb. in cap. Rodolphus num. 6. de rescript. per l. qui in continentibus ff. de verb. signif. & in l. non dubito ff. de capt. & post lim. reuerf. glos. in cap. 1. de vsur. in 6. Auiles d. num. 6. in fine.

Et quia locus, qui alteri subijcitur gaudet eisdem statutis, & legibus, quibus ille, cui subijcitur Bart. in tract. Tiberiadis rubr. de insula col. 2. quem sequitur Dec. conf. 538. nu. 13. & probat. dict. l. 3. §. cum vrbem ibi sed, & si quid intra centesimū lapidem admissum sit ad Præfectum vrbis pertinet vbi Bal. notat, quod omne quod conceditur alicui ciuitati, aut villæ concedi intelligitur omnibus habitantibus in termino, & territorio illarum Paul. de Castr. in l. maritum nu. 6. ff. solut. Matrim. & in l. 1. num. 1. ff. de vsu, & habitatione vbi ait, quod concessum capiti membris quoque videtur concessum ex l. 2. eodem tit. nam de iure ciuitas, & eius territorium, & vici iudicantur pro vna ciuitate, & declarat Abb. conf. 52. dubio 2. num. 6. p. 2. Rebuff. ad const. Gallicas tit. de consuetudin. artic. 1. gl. 1. num. 11. Alciat. in cap. quod ad sedem n. 88. de offic. ordin. Bald. in l. vt inter diuinum nu. 8. C. de sacros. Eccles. dicens Castrum, & ciuitas non differunt nisi sicut parua ciuitas a magna ciuitate, & Castrum est membrum ciuitatis vt ff. ad municip. l. qui ex vico de Franch. decif. 604. n. 1. Gratian. decif. Marchiæ 96. num. 2. ex quo dixit Bart. in d. l. 3. C. de naturalibus liber. numer. 1. quod qui nascitur in aliquo vico dicitur ciuis originarius ciuitatis, cui talis vicus subij-

Subijciatur l. nulli. §. quod si in vico vbi glos. C. de epis-
cop. & cler. Bart. in l. Imperium num. 7. ff. de iurisd.
omn. iud. Siluan. conf. 1. q. 6. dub. 2. & 3. l. 5. tit. 14. par.
4. vbi Lopez glos. 4. post glos. in auth. quibus mod. nat.
effic. sui §. si quis igitur verbo persoluit. collat. 7. Grat.
vbi proximè num. 5.

Et ita Bart. in l. Imperatores §. iidem rescripserunt
ff. ad municip. dixit quod ciues ciuitatis & vicorum
omnes habent eundem domicilium, & probat. Ang.
in tract. de maleficijs, verbo, & ad querelam num. 41.
leius §. 1. ff. ad municip. Gratus respon. 30. num. 49.
tom. 1. dicens quod natus in loco subdito alicui ciui-
tati dicitur originarius dictæ ciuitatis.

Nam vniuersitas vici est legitima, alioquin non
posset vicis legari l. hereditatis C. de hered. inst. l.
cum Senatus ff. de rebus dub. quod autem legari possit
est l. si heres §. vicis vbi Florian. a. 1. ff. de legat. 1. Ro-
fred. q. Sabbatina 10. num. 3. & 4. l. fin. C. de fund. rei-
publ. lib. 10. Paul. Montanar. in prag. 2. Regni Nea-
pol. de administrat. vniuers. num. 316.

Propter quæ Doctores communiter dixerunt,
quod licet alias consuetudo sit strictè interpretanda
cap. quod transacionem vbi Abb. notab. vlt. de of-
fic. deleg. Dec. conf. 8. num. 4. ver. sed talis Curt. Iun.
tract. de feud. 6. q. prin. num. 5. Cephal. confil. 26. num.
25. tom. 1. Crauet. confil. 30. num. 5. Rolan. a Valle
confil. 69. numer. 30. vol. 3. consuetudo introducta
in ciuitate debet obseruari æqualiter in omnibus
eius vicis iuxta glos. fin. in l. ex ea par. ff. de postulan-
do, quam sequitur And. in addit. ad Speculat. tit. de
regula, & pace quæst. penul. 10. de Plat. in l. si diuina
domus in fin. C. de exact. tribut. lib. 10. Iaf. in §. rur-
sus num. 42. instit. de actionibus Alber. in l. 1. C. quæ
sit long. consuetud. Eugen. confil. 26. num. 28. & 29.
tom. 1. Achill. de Grassis decif. Rotæ 308. aliàs 3. de
decimis num. 7. & 8. dicens attendendam esse consue-
tudinem loci dominantis Io. Andr. in cap. super eo
de cognat. spirit. Alciat. resp. 688. nu. 5. dicens, quod
consuetudo loci principalis fundat inuersionem agen-
tis etiam quoad loca annexa, vt per Roman. in l. si
aliena §. 1. ff. de vfur. facit l. eos in princip. C. de vfur.
& quod notat Bald. in cap. profuit in fin. de appellat.
Aymon. Crauet. de antiq. temp. par. 4. num. 54. & 55.
Dec. confil. 389. vers. & ad hoc facit Emanuel. singul.
235. num. 1.

Et pari ratione statutum, quod seruatur in ciui-
tate debet seruari in vicis subditis eidem Bar. in dict.
l. 1. §. cum urbem num. 8. ff. de offic. Præf. Urb. &
in l. 2. nu. 41. C. quæ sit longa consuet. Paul. Cast. conf.
368. nu. 2. par. 2. Abb. confil. 52. num. 1. par. 2. Menoch.
confil. 80. num. 18. tom. 1. Franc. de Ponte confil. 51. n.
31. vol. 1. Alciat. in cap. quod sedem num. 92. de offic.
ordin. facit in conformationem, quod si Princeps con-
cedit alicui officium tabellionatus in ciuitate cen-
setur concedere in toto territorio, & comitatu, vt post
Guillelm. & Angel. in l. fin. ff. de const. Princip. tradit
Rolan. a Valle confil. 50. num. 42. lib. 3. & consil. 1.
num. 38. vol. 4.

Et magis indiuidualiter in nostris terminis quod
habitantes in vicis possint gaudere, & gaudeant eis-
dem priuilegijs concessis ciuitati, cui subijciuntur vti
gaudent habitantes in ipsa ciuitate tenet Bald. d. l. vt
inter diuinum num. 8. C. de Sacrof. Ecclef. dicens, se-
cundo quæro vtrum priuilegium quod datur ciuitati
detur Castro, vel villa cohærenti Guillel. tenet quod
sic, quia Castrum, vel villa intelligitur pro ciuitate ad
hoc de legat. 1. l. si hæres §. vicis.

Et dicit, quod hoc est verum non obstante, quod
sentit glos. in l. si finita §. si de vectigalibus ff. de dam-
no infect. Alexand. in rubr. ff. solut. matrim. num. 14.
vbi dicit hæc verba, quod si concessum est priuile-
gium habitanti ciuitatem comprehenduntur habi-

tañtes comitatum, & fuit doct. Bart. in l. 2. num. 4. ff.
de verborum signif. & consil. 196. incip. ciuitati Cam-
merin. num. 6. par. 1. & in dict. l. si finita §. ex hoc edi-
cto in fin. quem in dictis locis refert, & sequitur Ale-
xan. confil. 27. viso themate nu. 10. vol. 6. Anchar. in c.
canonum statuta de constitution. & in c. fin. de penis
in 6. & consil. 437. Socin. in l. 2. in princip. ff. de reb.
dub. Franc. de Aret. confil. 77. incip. & ratio nu. 2. circa
fin. vbi allegat. l. Titius §. Romæ ff. de excul. tutori.
Abb. d. confil. 52. n. 6. par. 2. Matth. de Afflict. de iure
prothomis vers. nota hæc Paul. Castr. in d. l. hæres §.
vicis nu. 2. Boer. decif. 121. num. 26. Ioan. Orosi. in l.
nam & Demosthenes num. 10. ff. de leg. Socin. con-
fil. 110. lib. 1. vnde loquendo de ijs, qui degunt in vi-
cis subditis ciuitati profert hæc verba, quia cum fin-
gantur habitare in ciuitate consequi debent omnes
effectus, quos consequeretur si in ciuitate habitarent,
sequitur Felyn. in cap. Rodolphus num. 9. de rescript.
Guid. Papa decif. 265. & consil. 134. num. 1. dicens
quod oppidani continentur ciuium appellatione in
fauorabilibus, vt sunt Principis concessionibus l. fin.
vbi omnes Doctores ff. de constitut. Princip. l. 2. §. si
quis à Principe ff. ne quid in loco publico Cephal.
confil. 58. numer. 28. volumin. 1. quæ latissime ve-
niunt interpretanda Rota Romana decifion. 197.
num. 1. par. 1. Paul. Cast. confil. 21. incip. primum du-
bium num. 3. par. 1. probans officia, quæ debentur ci-
uibz debent etiam comitatensibus, & in alijs hono-
ribz Aloysius de Leo in l. conuenticula, num. 37. &
seqq. C. de Epis. & Cler. Gambar. tract. de extensio-
nibus, num. 160. & Felyn. in cap. causam, quæ de
rescript. vbi tenent concessionem Principis factam
ciuibz extendi ad comitatenses Carol. Tapia in dict.
lege fin. ff. de constitut. Princip. p. 1. cap. 3. num. 32.
& cap. 5. num. 2. Bartholom. Socin. confil. 86. numer. 2.
vol. 4. & post hæc scripta Iacob. Anton. de Mauro,
alleg. 36. num. 1. probans priuilegium ciuitati con-
cessum extendi ad villas, & casalia Io. Vican. de Ana-
na, alleg. 27. num. 27.

PRAXIS INSORDESCENTIE Per annum in excommunicatione.

RESOLVT. CCXVI.

- 1 Ex annuali perseuerantia redditur excommunicatus suspen-
sus de hæresi, & num. 2.
- 3 Perseuerans per annum in excommunicatione dicitur
perperam de articulis fidei, & de potestate clauium
sentire.
- 4 Contra sic excommunicatum potest procedi, vt saltem
purgationem inducat.
- 5 Sola suspicio infortescencie levis est ad hoc, vt accusetur
de hæresi.
- 6 Pro causa merè civili, si per mille annos in excommuni-
catione permanserit non censetur conuictus, secus in
criminali.
- 7 Excommunicatus per annum non pro causa civili, sed
pro crimine potest beneficijs priuari tanquam suspectus
de hæresi.

Notabilia circa infortescentiam per annum in excom-
municatione iuxta mentem Sacri
Concilij Tridentini.

ST diligenter, & fixa mente intueamur verba finalia
Sacri Concilij Tridentini in sess. 25. de reformat.
capitulo tertio, statutum reperitur ex annuali perse-
uerantia in excommunicatione reddi excommu-
nicatum de hæresi crimine suspectum, quod etiam
affirmat nouissimè eruditus D. Nouar. de elect. fori
quæst.